1510

Adem Fredro. eidem Zgorski Tenetur.

Comparens personaliter coram officio Castrensi Capitaneo Premisliensi Generosus Stephanus de Plessowice Fredro sanus mente et corpore existens, recedendo a terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibuscumque pro-prijs et competentibus. Presenti vero Castrensi Capitaneo Premisliensi Jurisdictioni, quo ad actum presentem attinet, secum successoribus, bonisque suis omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo, palam publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus Alberto Zgorski eiusque posteris summam trium millium et quinquaginta florenorum pecunie polonicalis, certi, veri, iusti, et liquidi, debiti, mutuatesque apud ipsum per se ipsum pecunie polonicalis tenetur atque debet. Quam quidem summam trium millium et quinquaginta florenorum polonicalium, idem ipse se ac suos successores super bonis suis omnibus summisque pecuniarijs quibuscumque habito et habendo, prefato Generoso Zgorski Creditori suo eiusque successoribus, inscribit et obligat presentem, hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare, solvere et coram officio actisque presentibus Castrensi Premisliensi, realiter et in effectu reponere et relinquere, repositamque et relictam, rursus ab eodem officio non effideiubere, nec arestare vel quovis alio modo impugnare. Idque sub vadio similis summe trium millium et quinquaginta florenorum polonicalium pecunie ipsum ipsum sive eius successores prefato Creditori suo eiusque successoribus, ob non solutionem summe prefate, nullis per tempore et loco suo prescriptis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo premisso ad solvendum successoribus, ac pro summa ipsa principali non soluta solvenda, Cittus ex nunc memoratus ipse Generosus Stephanus Fredro aut eius successores ad instantiam prefati Generosi Zgorski Creditoris sui vel ipsius Pro Officio Castrensi Capitaneo Premisliensi ex tunc cetera scribatur expedienti ad finem.

1511

Subdapifer Z. Premisliensis eidem Zgorski Regni Rohorski.

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Castrensi Capitaneo Premisliensi Generosus Martinus Fredro de Plessowice Subdapifer Terre Premisliensis sanus mente et corpore existens, recedendo a terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibuscumque pro-prijs et competentibus. Presenti vero Castrensi Capitaneo Premisliensi Jurisdictioni, quo ad actum presentem attinet, secum successoribus, bonisque suis omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo, palam publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores, super bonis suis omnibus summisque pecuniarijs quibuscumque habito et habendo inscribit et obligat presentem, recognoscendo certam manualem, in rem et personam Generosi Alberti Zgorski, rationem certarum rerum et condonum in eadem recognitione contentarum, de actu et data eiusdem sue Premisliae die hornam dato, manu sui ipsius subscripta. In omnibus et singulis eiusdem recognitionis condonibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac negotijs quibuscumque universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare. Omnibusque et singulis illius contentis tres quoque quibus fuerit satisfacere prefatam recognitionem ad inscriptionem presentem et inscriptionem presentem ad prefatam recognitionem in toto referendo. Idque sub vadio sexcentorum florenorum polonicalium pecunie ipsum sive eius successores prefato Generoso Zgorski, sive ipsius Pro Officio ob non completionem contentorum recognitionis prefate tres quoque quibus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo premisso ad solvendum successoribus, ac pro re aliqua principali ex contentis recognitionis prefate non completa complenda, Cittus ex nunc memoratus recognoscens Generosus Martinus de Plessowice Fredro